

Taddaeo Hagecio ab Hageek And: Sudith  
 S. L. Dum literas tuas exspecto, quibus te plenius de statu rerum  
 tuarum, quae mihi valde cordi sunt, perscripturum esse pro-  
 mittis, tres prope menses exierunt. Et si autem simul atque ite-  
 rum ex genero tuo non nihil de te cognovi, gratius tamen  
 multo mihi accidisset, si tuas literas accepissem. Silentium  
 istud tuum, ne mihi alienata à me voluntatis tua suspici-  
 onem afferat, duo prohibent: natus magni erga te amoris  
 conscia et tua in colendis anticitis, quae non fueris anti-  
 cis, sed virtute, pietate, literarum studiis nituntur, perse-  
 tua constantia. Id quod tibi fixam esse in aliis quos sum  
 in me ipso, animadverti. Quid igitur cause dicam? valde  
 tibi timeo; nimis notus es et obstinatus ab iis haereticis  
 haberi, qui nunc rerum potiuntur, et facile quos habet  
 evertunt. O quam timeo, ne tibi Gramingus ille tuus  
 vel etiam Hedericus magnum aliquod malum det. Scri-  
 bitur huic datum esse mandatum, resio cui ex Mora-  
 vis Optimatibus, ut Esromus quoque, ut antea Pul. vinctus  
 Viennam educatur. Id verum an scius sit, vel ex optimo  
 et in me officiosissimo Millnero cognosces. Rogo te, ut  
 quicquid epi est, mihi quamprimum perscribas, tum  
 etiam, an de L. iam supplicium sumtum sit. Iteas  
 quidem inter scripta epi literas, quae me ejusdem, de  
 qua ille captus est, secta suspectum faciant, repertas  
 esse, Roma in istam aulam perscriptum esse sat  
 scio. Non dubito ad motas etiam machinas ad im-  
 pellendum Caesaris animum, ut ne quos Leonibus illis  
 dilacerandum dedit. Quo magis tibi quoque cautione  
 opus fuerit, mi charissime Taddae. Haec tibi soli  
 scripta sunt. Ego in benignitate Caesaris et prudentia  
 in mea innocentia, atque in promissis in dei clementia  
 presidium meum statuo. Hostium meorum, si  
 spectetur animus et conatus, perii. Scripsi ad D. Trau-  
 son veterem meum patronum, eam ut tu episto-  
 lam, nisi grave est, ipse in manus proprias tradere  
 velis, obnixè te rogo. poteris vel per hanc occasio-  
 nem cum eo de rebus tuis agere, de mea quoque in illum  
 observantia

observantia, et quam in ipsius Patrocinio solo colloca- Se. Ho 1583.  
 tam habeo, spe; da operam ut mihi respondere dignetur.  
 Cupio ex te scire, quid de editione librorum tuorum tan-  
 dem constitueris, nisi jam pridem ad te particulam epi-  
 stola Scherhii, de mente Westisii Mathematici Basileensi  
 viri integerrimi, ut audio, scripta, responsum huc usque  
 expecto. Si in tempore nisi libri fuissent, ad has nundinas  
 in lucem prodissent. Verum ego divinare nequeo, quid  
 causa sit, quod ne de hac quidem re mentem mihi tuam  
 aperire volueris. Certo affirmat gener tuus, te illam par-  
 ticulam accepisse. Vide quid fieri velis et mihi significa.  
 Filium tuum ut omnino Neostadium mittas, suadeo.  
 Ego quoque aliquid auxilii conferam, ut et Wenceslao  
 meo, negotii tuo, qui item eo spectat, et hodie cum ge-  
 nero tuo Dredam abit, illinc Pragam. Commendavi  
 diligenter Anglis nostris eum, qui in Anglia literis  
 operam navat, filium tuum, de quo tamen nihil respon-  
 detur; credo interceptas esse literas a piratis. Saluta  
 rogo meis verbis amanter D. Paulum Fabricium; oro  
 et te et ipsum, ut aliquem ad me juvenem mathema-  
 tica studiosum mittatis; qui meum filium institueret  
 et mecum de his studiis conferre possit. Tractabo eum  
 liberaliter, si doctus, si modestus, si probus sit. Vix dee-  
 rit vobis talis aliquis. Majorem in modum a te peto,  
 ut hanc rem magna tibi cura esse recipere ostendas.  
 Vale 14. Febr. 1583.

Eodem  
 S. S. Præstantissime. Fr. et Amice charissime.  
 Doleo te spe, me verò expectatione, falsum esse; quis  
 anquam putasset apud vos etiam verba dari viris optimis,  
 quibus Patria ornamenta sunt, ubi tam severa sunt et penè  
 Dracontis leges? Sarmata certè, cum se promissis non  
 stare oportere innuunt, proverbio quodam suo dicunt;  
 an me Boëmam esse putas? ab om ja czech? si nie-  
 lig tibi Vienna fuit aut fore spes est, si tuto ibi vi-  
 vere atque utiliter Medicinam facere potes, exente  
 pilaerem